

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia k
cum uariis

Precipe diuitibus huius seculi ante omnia non superbe sapere. Nichil est enim quod sic generent diuicie quomodo superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet uermem suum; et alius uermis mali, alius piri, alius fabe, alius tritici. Vermis diuiciarum superbia; ergo precipe diuitibus huius mundi non superbe sapere. Exclisit uicium, docet usum.

Augustinus in sermone de uerbis Domini.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

superbe] sapree *add. (del. infra)* M; exclisit] excludit C P V¹ V² L¹ L²